



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones  
Lectissimorvm Casvum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Denuntiatio facienda ex edicto DD. Inquisitorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

nonius  
tum &  
scenit  
tr. I 4. ref. 79.

abitat  
si lo-  
quinc  
umfli  
riend  
est 10.  
nclus  
ntion  
Tan-  
copu-  
Eccle-  
sterio,  
Fanti-  
gund.  
Deci-  
an-  
em-  
p. p.  
Uni-  
ato  
ot.  
- 157 -

2 Consuetudo ut Missa, & Officium defunctorum dicantur pro viuentibus nullo modo probanda est sed tollenda. Layman & alij 3. *ibid. tr. 13. ref. 2.*

*Denuntiatio facienda ex edicto*

*DD. Inquisitorum.*

1 IN casibus pertinentibus ad Inquisitionem denuntiatio est facienda, et ianisi delator criminis probare non possit (Suarez & alij 19.) nec illa præcesserit correctio fraterna ( Suarez & alij 12.) Imò etsi reus esset iam emendatus ( Suarez & alij 7.) quia hæc denuntiatio est judicialis, quæ refertur ad punitionem. Multi tamen in his omnibus contra sentiunt. *p. 1. tr. 4. ref 1. 2. & 3.*

2 In crimen hæresis filius tenetur denuntiare patrem (Suarez & alij 8.) uxor maritum, frater fratrem. (Sanctarell.) In aliis criminibus non item : quia ad solum crimen hæresis denuntiandum ius obligat cognatos, qui censentur una eademq; persona. Homobon. *ibid. ref. 4. 5. & 6.*

3 Ne-

3 Nemo tenetur seipsum denuntian  
(Suarez & alij 15.) ac proinde nec complices; sic enim seipsum proderet. Suarez & alij 4. *ibid. ref. 8 & 9.*

4 Non excusat ab hac denuntiatione hæresis, damnum amici, immo nec proprium, nisi esset tantum, ut statum mactare cogeret. Freitas p. 4. tr. 5. ref. 36.

5 Quando editum denuntiatione fundatur in præsumptione, an qui certò scit præsumptionem in aliquo celiere, teneatur nihilominus denuntian alij aiunt; Freitas. alij negant; Valerus Riccius. p. 1. tr. 4 ref. 10.

*Depositum.*

1 D<sup>e</sup>positarius rerum usu consumptibilium, v.g. frumenti, vini, &c. eas alienando, vel consumendo ne peccat saltem graviter, modò certus se tantundem eiusdem generis, ac bonitatis pretio habiturū, cum dominus repetierit, quia talis alienatio in nullius cedit damnum. p. 4. tr. 4. ref. 68.

2 Depositarius, quando perit pens ipsum res deposita, non tenetur in conscientia, nisi ex culpâ gravi, & latâ: nos autem ex leui, & leuissimâ, nisi alter